



## **Forum Ecclesiasticum**

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1719**

Quæst. 189. An & qualiter à Papa revocari possit aut debeat alienatio rerum Ecclesiæ ab ipso ejusve antecessore factæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

hique admittuntur ad repetendas res ecclesie Parochialis; cum eorum quoque interfit, ne eorum ecclesia parochialis vergat ad inopiam. Gloss. *cu. in c. si quis. v. personis.* Abb. *ibidem num. 8.* Pirh. *loc. cit.* unde etiam sine literis de rato & mandato agere possunt pro bonis & juribus dictae ecclesie. Gloss. *in cit. c. v. alienata in fine.* Pirh. *cit. num. 77.* Praeter ceteris autem id competit patronis laicis illius Ecclesie, ut cum Bartol. *in l. jubemus C. de SS. eccles.* Redoan. *loc. cit. rub. 33. quest. 22. §. sed deinde num. 10.* apud Wiestn. *h. t. num. 132.* tum quia juxta *Can. statutum.* 16. *quest. 1. Can. decernimus. ibid. quest. 7.* & Gloss. *in c. nobis. de ju-rep. v. modeste.* obligationem habent defendendi ecclesias a se & antecessoribus suis fundatas vel dotatas, ne dotes & bona earum male alienata dilapidentur: tum quia hoc ipso creatur iis praedictum grave, dum diminutis ecclesiarum & beneficiorum redditibus per istiusmodi alienationes & distractiones difficilius reperiuntur idonei earum rectores ab iis praesentandi, ut apud Wiestn. *Castrop. tr. 13. d. 1. p. 1. §. 2. num. 6.*

*Quest. 189. An & qualiter a Papa revocari possit aut debeat alienatio rerum ecclesiasticarum ab ipso ejusve antecessore facta?*

**R**esp. sicut Papa potest ex justa causa res ecclesie alienare, ita eas factas a se aut praedecessore suo potest ex justa causa, puta, boni publici Ecclesie revocare & irritare, non minus quam Princeps secularis ad exigentiam boni publici potest contractus a se factos rescindere. Delb. *de imm. eccl. c. 17. du. 18. num. 11. & 12.* Quin & ad hoc tenetur Papa ex officio, si advertat tales alienationes factas a se vel antecessoribus in Ecclesie detrimentum, quod alia via reparare non potest. Delb. *loc. cit. num. 13 & seq.* Neque his obstat, quod Princeps etiam Papa de jure naturali & divino teneatur stare contractui. Nam id verum est, quamdiu adest justa causa standi eidem; non vero, ubi haec deficit, & emergit causa resiliendi, nimirum vergens in detrimentum boni publici. Idem *num. 18.* remittens ad *l. c. 5. du. 1. §. 2. & du. 14. §. 12.* neque etiam ex eo talis revocatio impugnari potest, quod par in parem, adeoque unus Pontifex in alium Pontificem non habeat imperium. Nam Papa revocando alienationes factas a praedecessoribus suis, non exercet in eos imperium; sed in materiam sibi subjectam, sicut confessarius commutando poenitentiam impositam ab alio confessario, etiam superiore, idem *num. 19.*

*Quest. 190. An & qualiter repentibus bona male alienata opponi possit exceptio translationis eorum in locum pium, aut exceptio defectus domini in repeteute, vel etiam praescriptio eorum?*

**1.** Resp. ad primum: quod minus revocari possit alienatio, aut bona alienata restituenda sint, non obstat, quod ea translata sint in locum pium, aut applicata causae pie; cum adhuc talis alienatio facta sine causa efficiente aut debitis solemnitatibus fuerit invalida, & maneat irrita, adeoque revocationi & bona alienata repetitioni obnoxia.

2. Resp. ad secundum: neque, quod minus alienatio perperam facta revocari possit, resque repeteute restitui debeat, obstat exceptio seu defectus domini objectus repeteute; cum satis sit ad hoc probare, resillas, quae repeteuntur, fuisse in bonis ecclesie, seu ab ea possessas, & illegitime seu contra SS. Canonum praescriptum fuisse per Praelatum alienatas. Arg. *c. etsi illi. 12. quest. 2. & c. Episc. h. t. Berojus in idem c. num. 4.* Pirh. *h. t. num. 65.* Wiestn. 35. cum enim saepe valide difficile sit probare dominium seu proprietatem rei juxta *c. saepe. de restit. spol.* cedere idipsum saepe posset in grava praedictum & damnum ecclesie, si res male alienata ei restituenda non esset, nisi prius probato ejus dominio. Abb. *in c. Episcopi. num. 1.* Laym. *d. de reb. eccl. non alien. Thef. 38.* Pirh. *cit. num. 38. in fine.* Ac proinde per recuperationem rerum male alienatarum non tam agendum Ecclesie rei vindicatione; cum vindicanti incumbat probatio domini, & non sufficiat probatio possessionis habitae juxta *l. is qui ff. de R. V.* quam remedio possessorio, seu interdicto unde vi, ad quod sufficit probare possessionem rei ablatae, moment AA. cui monitioni non obstat, quod agenti hoc remedio opus sit praeter possessionem habitam etiam probare spoliationem seu agentem possessione dejectum, ut constat *ex c. consultationibus. de off. deleg. & Gloss. ibidem v. possessorum.* Nam eo ipso quod res ab Ecclesia possessa sine juris solemnitatibus ab ea citra illius culpam distracta seu alienata in alium transierit, possessione dejecta, & is, in quem res translata, spoliator censetur, ut eum Beroio. *l. c. sed ideo.* Redoan. *l. c. §. sed inde num. 8.* Wiestn. *h. t. num. 136.*

3. Resp. Ad tertium quamvis a possessore male fidei (qualis est, qui res ecclesie sine justa causa aut sine solemnitatibus alienatas ad se pervenisse novit) repeteute eas opponi nequeat praescriptio, utpote quae nullo unquam tempore cum tali scientia praescribi potuerunt. Opponi tamen potest praescriptio quadragenaria a possessore bona fidei seu juste ignorante, eas aliquando fuisse in bonis ecclesie, vel non subsistente causa, vel omittis solemnitatibus sibi aut suis praedecessoribus venditas vel donatas Communis liquidum & utroque jure, nempe *c. de quarta. c. ad aures. c. illud. de praescript. Anst. quas actiones C. de SS. eccl. & Novell. 131. c. 6.* ejusque interpretum, puta, Molin. *de just. tr. 2. d. 78. n. 1.* Covar. *in reg. possessor. p. 2. §. 2. n. 3.* Less. *de just. l. 3. c. 6. n. 26.* Barbof. *jur. eccl. l. 2. c. 38. n. 16.* aliorumque autoritate passim firmata sententia habet; bona ecclesie contra eandem, si Romana est inferior, spatio 40. annorum, si Romana est centum annis (quod privilegium quibusdam Monasteriis, aut etiam religiosorum Ordinibus a variis Pontificibus communicatum testantur Barbof. *in c. cum vobis. de praescript. num. 3.* Donat. *in pr. regular. Tom. 1. p. 2. tr. 10. quest. 10.* apud Wiestn. *n. 139.* & alii) legitime praescribi, adeoque vere & irrevocabiter transferri eorum dominium. His non obstante *c. hoc consultiissimo. h. t. in 6.* alienationibus rerum ecclesiasticarum, male factis ita vires adimentis, ut jus nullum nullamque etiam praescribendi causam pariant. Praeterquam enim, quod dispositionem hujus cap. aliqui AA. procedere velint de eo tantum possessore qui juris solemnitates omittas ad valorem contractus necessarias ignoravit, eo quod censent ignorantiam juris manifesti non sufficere ad bonam fidem, adeo-